

nomina expresserunt. Villam Gericz^e) in XII mansis, Riwez^d) in XXXII mansis, Cozele^e) in XIII mansis, Iablence^f) in XII mansis, Selun^g) in XV mansis et duobus nemoribus, Jezne^h) in VII mansis, Fridrichestorfⁱ) in mansis VII, Hungerstorf^k) in XI mansis cum omni utilitate, quae inest vel inesse poterit in futurum, et nos sicut sententia tunc dictavit ipsorum puerorum, Hildebrandum militem auctoritate nostra iudiciaria nuntium deputantes praefatos viros, qui adhuc fuerant ab episcopo destinati, in possessionem bonorum eorundem mitti fecimus ut ius erat. Ut autem factum idem nec oblivio deleat nec ipsa ecclesia periculum incurrat, praesentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione mandavimus communiri. Actum Delsz anno dominicae incarnationis millesimo ducesimo XXII^o. octavo Idus Junii. Testes huius rei sunt comes Henricus de Zwarzibure, comes Henricus de Stalbere, Meinherus de Misne, Albertus de Aldenbure, Johannes de Giukenstein praefecti, Heidenricus de Weta, Hogerus de Vriderbere, Henricus de Warin, Wolferus de Peszne, Henricus de Coltsowe, Egelolfus de Lizowe, Fridelmus de Pouch, Bodo de Ylburch, Wichnandus de Nonewicz, Geuehardus de Zorbec, Volradus et Conradus fratres de Landesbere, Hermannus de Sconeure, Petrus de Ztrele, Henricus de Noscin, Martinus de Zarewiz, Martinus de Hanecrat, Stephanus de Chulme, Otto et Vlricus de Oztrowe, Olricus Slegel, Bertoldus de Zornz, Otto de Rosnuelt, Otto de Zwerz, Otto pincerna, Hildebrandus de Wilcowe, Wernerus, Vlricus, Conradus de Hoberch, Tammo pincerna, Henricus dapifer episcopi bedelli Maere et Zlawy . . Albertus Rasec, Teodericus Poltergoz et alii quam plures.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem grossen Reitersiegel des Landgrafen an rothseidenen Fäden.

e) Göriz, Par. Krippelna bei Eilenburg. d) Reibitz, Par. Sausedlitz bei Delitzsch. e) Kössulin bei Zörbig. f) Jetzt wüste Mark, im Lehnbuch Markgr. Friedrichs v. J. 1348 villa Gebelentz prope Susedelitz, 1520 als Gebelitz Mark aufgeführt. g) Seelhausen, Par. Sausedlitz (Selben bei Delitzsch?) h) Gütetz (Gietz) bei Landsberg. i) Friedersdorf, Par. Altpouch bei Bitterfeld. k) Hungersdorf, wüste Mark unweit Ramsin bei Bitterfeld.

No. 96. 1223. 22. März.

Kaiser Friedrich II. befiehlt dem Landgrafen Ludwig von Thüringen und der Markgräfin Jutta von Meissen, den B. Bruno in dem Besitz der innerhalb der Grenzen seines Bisthums gelegenen Silbergruben und der dazu gehörigen Zehnten unbeeinträchtigt zu lassen.

Fr. dei gratia Romanorum imperator et semper augustus et rex Siciliae dilecto principi suo L. lantravio Turingiae et nobili foeminae J. marchionissae Misnensi gratiam suam et omne bonum. Fidelis nostri B. Misnensis episcopi principis nostri gravem accepimus questionem, quod quasdam foveas argentinas et decimas pertinentes ad illas, sitas in terminis episcopatus sui et ei ac ecclesiae suae libere pertinentes, occupatis utpote violenter et vestris usibus vendicatis, alias in quibusdam bonis ecclesiae suae graves existentes eidem. Quia igitur illa specialiter nostrae pertinet maiestati et nos tueri teneamur eandem, volumus et praeciipiendo mandamus, ut quod episcopi est et ecclesiae pertinet antedictae eis libere relinquatis, ita ut per hoc vestram circa nos possimus benevolentiam experiri. Datum apud Neapolim X. Kal. April. indict. X^a.